



**Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv**

**Reggio, Carlo**

**Romæ, 1612**

De nobilibus, ac diuitibus. cap. 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](#)

feneram contra malos Rectores, sicuti in Numéris suspensi. *Num. 25.*  
 dicuntur Dei mandato Principes Tribuum, qui non præuen-  
 terunt peccata illius populi, & tales sunt, de quibus ait *Isaia*:  
*Ias.* Principes vestri infideles, socij furum; omnes diligunt *Isaia*.  
 munera, sequuntur retribuciones, pupillo non indicant, &  
 causa vidua non ingreditur ad illos, Et populum meum exa- *Isaia*.  
 dores sui spoliauerunt, & mulieres dominatae sunt eis, qua-  
 re atteritis populum meum, & facies pauperum commoli-  
 tis? &c. Et, va qui condunt leges iniquas, & scribentes, in- *Isaia*.  
 institutam scripterunt. Denique ostendat quomodo oporteat  
 eos peccata populi præuenire, abusus, & malas consuetu-  
 dines non tolerare, calamitatibus subuenire, non graua-  
 te populares; commune bonum querere, non propriam vti-  
 litatem, ita tamen omnia hæc aptè, modestè, cautè, sicut  
 sapientius dictum est, agat ut nemini causam offensionis, aut  
 querimoniz offerat.

## De Nobilibus, ac Diuitibus. Cap. XVIII.

Tertiò obseruet, ac sciat conditions Magnatum, Na-  
 biliū, & diuitium, quorum virtia corrigit, & virtutes  
 promoveat. Mali nobiles, ac diuites laborant his vitijs, *Vitia malo-*  
*rum nobiliū* quæ debet prudens Concionator incessere, scilicet superbia, & ambitione. Paulus: Præcipe (inquit) diuitibus huius sæculi ac diuitium. *1. Tim. 6.*  
 non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarū suarum,  
 sed in Deo viuo, & vero. Contemptu inferiorum, qui sibi  
 pates non sunt in nobilitate. Eleuatum est cor tuum in de- *Exod. 28.*  
 core tuo, facile despiciunt non solum eos, qui nullos habent  
 honores; sed etiam eos, qui habent si sint noui in aliqua  
 dignitate: vanitate in vestitu, ludis, venationibus, conui-  
 uis. Va qui trahitis iniuriam in funiculis vanitatis. Vio-  
 lenta, sit fortitudo nostra lex iniustitia. Non opprimes pro. *Isaia*.  
 ximum tuum, quia enim opibus abundant, quæ omnibus re- *Sap. 2.*  
 bus æquiparantur, ob id insolentes enadunt & contumelio- *Leuit. 19.*  
 fi. Prodigalitate, vnde pereunt sàpè familiæ, quia plura-  
 expendunt, quam suffpetant contra illud Psalm. Neque am- *Psal. 130.*  
 bulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Aliqui  
 totum, vitam per segne otium transigunt. Aliqui plus nimio-  
 delicijs indulgent, vt diues epulo, qui epulabatur quotidie  
 splendide, & induebatur purpura, & bysso. Aliqui conten-  
 tiosi, & fountes factiones. Alij per potentiam (vt ait Ia-  
 cobus)

*Iacob. 2.* *cobus*) opprimunt, & ad iudicia trahunt inferiores. Aliqui vix de anima sua salute, & vita spirituali cogitant, quibus sapè mors repentina superuenit, ac dicitur eis illud:

*Luc. 12.*

*Luc. 16.*

Stulte hac nocte repetent animam tuam, & , Recordare quia receperisti bona in vita tua. Cum tamen contra veri nobiles, & diuites debeat studere veræ nobilitati, atque ijs opibus, quæ in animo magis, ac virtutibus, quam in sanguine, ac rebus externis sitæ sunt. Horum opera ac fructus sunt Christiana submissio, & humilitas, secundum illud: Quanto maiori es, humilia te in omnibus. Castitas, quia vera animi nobilitas horrescit fœdis vitijs vitam commaculare. Benignitas ad largiendum digna animo nobili, cui sordes, & illiberalitas aduersantur. Et sane diuites tenentur pro ratione flatu sui in graui necessitate eleemosynas dare, & debent existimare respectu Dei se non esse Dominos, sed dispensatores bonorum qua possident, vt Christus significat in parabola villici. Doceat Concionator Nobiles, ac diuites debere esse erga Deum fideles, ac religiosos, sicut miles nobilis, & honoratus debet fidem suo Regi obseruare; erga homines, benignos, ac liberales; erga se modestos, & castos.

*Luc. 16.*

*De parentibus, ac filiis, Dominis, ac famulis.*

*Cap. XIX.*

*P*arentes hortetur ad bonam educationem filiorum in disciplina Christiana, de qua educatione potes videre Bernar. de ordine, & vita morum. Chrysostom. in homilie Anna matre Samuelis, & in Homil. de obseruantia parentibus debita, in illa Pauli verba: Vir, & mulier saluantur per generationem filiorum. Hieronym. epist. ad Gaudentium, & ad Latam. Ex prophani Plutarchus in opusc. de educatione liberorum. Plato. in libro de Republica, nihil magis inculcant quam hoc. Catechismus Romanus de hoc agit

*Bona libero-  
rum educatio.* in quarto præcepto. Olim etiam in Monasterijs Religiorum iuniores educabantur; Proponat ex hac bona educatione, disciplina Christiana custodiam, maxime conservari, explicet in quo sita sit hac parentum obligatio, videlicet ut filii erudiantur in cultu, & Religione Dei, in deuotione Beatæ Virginis, & Sanctorum. Discant doctrinam Christianam, præcepta Dei, & Ecclesiæ, & assuefiant ea, quantum per ætatem licet seruare; adeant loca sacra, & assue-